

www.e-rara.ch

**Ioannis Ravisii Textoris Nivernensis Epithetorum Opus
absolutissimum**

Tixier, Jean

Basileæ, 1573

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-116634>

[O]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Pius Stroz. pat. Euryalusq; pio uidit in Hirtacide.

OAXES.

Rapidus Verg. in Buc. Pars Scythiam, & rapidum Cretæ uenimus Oaxem.

OBBA.

Poculum est lignum. Sefilis, id est lata. Persius Sat. 3, Exhalet uapida læsum pice sefilis obba.

OBELVS.

Acutus Petrarca, Venit Aristarchus obelis armatus acutus.

OBEX.

Fortis Mant. Obice forti Sustinuit Turcorum iras.

OBLIUO.

Pigra Stat. lib. 10. Theb. Limen opaca quies, & pigra obliuia seruant.

Defes Augur. Obliuionem sepe rerum defidem.

Lethæa, à fluuiio infernali, cuius aqua obliuionem fertur inducere. Vnde Vergil. Securos latices, & longa obliuia potant.

OBSEQUIVM.

Blandum Seneca, Tu modo blando uince obsequio.

Mansuetum Mant. Inter mille feras, tibi quæ mansucta ferebant Obsequia.

OBSIDIO.

Arcta Lucan. li. 6, Sed patitur seuã ueluti circūdatus arcta Obsidione samē.

Dura Mant. Cinxerat has urbes dura obsidione Philippus.

OBSONIUM.

Opiparum Plaut. in Mili. Vno ornamentis opiparisq; obsonium.

Lautum Mant. Obsonia mensas Lautæ onerant.

OCCASVS.

Serus Seneca, Quæq; ad occasus iacet ora seros.

Sedes Zephyri, quoniam Zephyrus flat ab occidente. Vnde Ouid. lib. 1. Met. Vespere ab occiduo quæ littora sole tepescunt, Proxima sunt Zephyro.

OCEANVS.

Refusus Verg. lib. 7, Audijt, et si quæ tellus extrema refuso Sūmouet Oceano.

Ingens Lucan. lib. 1, Quum funditur ingens Oceanus.

Beluosus Hor. li. 4. Car. Te beluosus qui remotis Obstrepit Oceanus Britānis.

Circumuagus Idem in Epod. Nos manet Oceanus circumuagus.

Senex Ouid. lib. 5. Fast. Thetios has neptes, oceaniq; senis.

Glacialis Iuuen. Sat. 2, Ultra Sauromatas fugere hinc libet, et glaciale Oceanū.

Aduena Val. Flac. lib. 3, Lybie cum rumperet aduena Calpen Oceanus.

Sonorus Ruf. Fest. Qui postquam Oceano sese expedire sonoro.

Rex undarum Pont. Oceanus rex undarum, ac Maurissa coniunx.

Vastus Polit. Quæ plurima uastus Subluit Oceanus.

Circumfluus Codr. Vrc. Sed quos terris circumfluus ambit Oceanus.

Vitreus Stroz. fil. Vitreo quæ lota resurgit Oceano.

- Canus Conr. Pater ille Oceanus canus & uuidus.
 Reciprocans Quint. Est unda Oceani reciprocantis.
 Immensus Mant. Oceano immenso uicina cadentibus astris.
 Undosus Idem, Phœbus & undoso Doris in Oceano.
 Vagus Cimbr. Qua summa uagi ferit aquora Thetis Oceani.
 Amplus Barth. Non secus Oceano fertur Neptunus in amplo.
 Refluus Priscian. Latè refluum memorare parabo Oceanum.
 Largus Polit. Perfundit largi fontibus Oceani.
 Fertilis Faust. Fertilis Oceanus qua rura Britannica ditat.

O C I V M.

Apud Athenienses Draco legislator eos qui ocij foret dānari, capite multādos esseuit. Nihil omnino apud quosdā populos, ut Thracas, ociosum esse p̄ honestissimō iudicatum est. Plin. Cæcilius Minutiū quendā monēs ait, Longè præstare uacuu esse, q̄ in rebus implicari laboribus. Thales ait, eam domum optimā sibi uideri, ubi ocio pingui domino perfui licet. P. Scipio, qui prior Africanus est appellatus, dicebat, nunquā se minus ociosum esse q̄ cum ociosus, nec minus solū, q̄ quū solus, ut scripsit Caro. Idem Caro dicere solebat, nō minus ocij q̄ negocij clarorū uirorum rationem extare oportere. At contrā Galba dicitur, neminem ocij sui rationē reddere cogi.

- Ignobile Verg. 4. Georg. Parthenope studijs florentem ignobilis oti.
 Tranquillus Lucan. lib. 2. Melius tranquilla sine armis Otia solus ages.
 Molle Ouid. lib. 1. Met. Mollia securæ peragebant otia gentes.
 Ignauum Idem lib. 1. Trist. Et non ignaua legentem Otia delectent.
 Segne Idem lib. 1. de Ponto, Non sum qui segnia ducam Otia.
 Infelix Idem lib. 4. de Pont. Quaq; infelicia perdam Otia materia.
 Distinctum Idem lib. 1. Eleg. Ipse ego segnis eram distinctaq; in otia natus.
 Liberum Idē lib. 2. de Arte, Hic tibi seruandus tenor est, cū libera dantur Otia.
 Languidum Claud. Languida cæreuleis inuexerat otia bigis.
 Sordidum Mart. lib. 1. Sordidaq; in paruis otia rebus amat.
 Marcidum Claud. Non tibi desidias molles, nec marcida luxu Otia.
 Blandum Idem, Cui neq; luxuries bello, nec blanda periclis Otia.
 Dulce Auson. Dulcia, secreti repetantur ut otia ruris.
 Oblectabile Idem, Nam si mihi ocium fuerit oblectabile.
 Gratum Idem, Nec occupari tempora grato quæretur otio.
 Iners Idem, Inertis otij, inutile opusculum.
 Pingue Sidon. Pingui otio marcidus & eneruis animus se attollat.
 Facile Seneca, Eurystheus facili regnet in ocio.
 Lene Idem, Leni perfruar otio.
 Languens Pont. Cui labor, impatiensq; ocij languentis egestas.
 Letum Idem, Cantantesq; fruamur, & otia leta sequamur.
 Garrulum Pont. Otia securus garrula Bacchus amat.
 Desidiosum Pamph. Otia quas plumis desidiosa tenent.
 Fœdum Sabell. Otia fœda simul, simul est quoq; iussa uoluptas.
 Amœnum Quint. Tu uerò in altis ocium pallatijs Traxisti amœnum,
 Pigrum Rodolph. Agric. Otia pigra sequi, segni ne fatiscere luxu.

Quietum	Quint. Humano generi quietum ocium præstat.
Perniciosum	Catull. Ocium reges prius & beatas Perdidit urbes.
Geniosum	Mant. Et cole nostrates geniosa per ocia lucos.
Infœcundum	Stat. lib. 3. Syl. Ocia iam pulchræ terit infœcunda iuuentæ.
Facundum	Claud. Facunda iacebunt ocia.
Deliciosum	Pictorius, Ocia perpetuò deliciosa caue.

O C R E A .

Læuis	Verg. lib. 7. Aut ocreas læues, lento ducunt argento.
Ferrea	Veget. Ferreas ocreas in Dextris cruribus cogerentur accipere.
Renidens	Stat. lib. 10. Semianimes artus ocreis renidentibus hærent.
Fulua	Quint. Armamentaria fuluis plena ocreis uideas. (nimenta.)
Teres	Bart. Pars teretes ocreas & scuta recurua. Ocreæ dicuntur crurū mu

O C V L I .

Humentes	Lucan. lib. 4. Ante ducis uoces oculis humentibus omnes Aspicerent.
Vitrei	Pont. lib. 2. Baiar. Ni reddis mihi uitreos ocellos.
Glauci, id est subuirides.	Salm. Et arridet glaucis tibi mater ocellis.
Orbicularis	Textor, Quum mutum dominæ facit orbicularis ocellus.
Venusti	Cic. in 5. Quæst. Thufcul. Hæc quæ sunt minima, tamè dicantur bona necesse est, candiduli dentes, uenusti oculi, color suauis.
Igniti	Marull. Ignitos quotiens tuos ocellos In me uita moues.
Teneri	Ouid. lib. 3. Eleg. Quid fles & lachrymis teneros corrumpis ocellos.
Vagi	Boet. Et hoc uagis oculis, & effrena lingua, petulanti animo, uultu in-
Rosei	Mart. Cap. Aurora exoriens roseis spectabat ocellis. (composito.)
Ebrij, qui aliquantulū humecti sunt, & ludibūdi.	Cat. Et dulcis pueri ebrios ocellos
Ludibundi, qui grato motu spectantes alliciūt.	Gel. cap. 5. lib. 3. Nam cum uocem eius infractam, capillumq; arte compositum, & oculos ludibundos atq; illecebræ, etc.
Luciduli	Pont. & cum lucidulos in me conuertit ocellos.
Vigiles	Architr. Quum longo uigiles somno suffundit ocellos.
Sequaces	Stat. lib. 3. Perlegere animis, oculisq; sequacibus auras.
Gemmantes	Colum. lib. 5. Ne super lachrymet, & gemmantem cæcet oculum.
Morsicantes	Apul. Tum ille ceruicem intorsit, & ad me conuersa limis & morsicantibus oculis.
Micantes	Idem, Sic tuis istis micantibus oculis, & rubentibus bucculis.
Proterui	Ouid. in Epist. Tu modò me spectas oculis lasciuæ proteruis.
Arguti	Idem lib. 3. Eleg. Risit, & argutis quiddam promisit ocellis.
Tumidi	Idem ibid. Et uestem tumidis prætendit ocellis.
Molles	Idem lib. 1. de Rem. Mollibus est oculis, quod flet illa refer.
Nitidi	Iuuen. Sat. 6. Turbavit nitidos extinctus pupillam pingit ocellos.
Albicantes	Pim. lib. 2. cap. 10. Beli oculus albicans pupillam pingit nigram.
Flagrantes	Syll. lib. 17. Cerno flagrantes oculos, uultumq; timendum.
Blandi	Stat. lib. 2. Syl. Nec petulans acies, blandiq; seuero igne oculi.

Oculi enim uenusti mor-
dent, & alli-
ciunt, ac po-
tentissimum
amoris inci-
tamentum pa-
riunt: ita ut
eorū fulgor
& amabilis
intuitus qua-
si quodam mor-
su uitalia po-
pule:ur.

- Turgiduli Catull. Flendo turgiduli rubent ocelli.
 Melliti Idem, Mellitos oculos tuos iuueni, Si quis me sinat usq; bastare.
 Compositi Propert. lib. 1, Compositos leuibus radijs patefecit ocellos.
 Acres Val. Flac. lib. 6, Ac simul acres huc oculos, sensusq; refert.
 Ardentes Idem lib. 6, Persequitur lustrans, oculisq; ardentibus heret.
 Auari, uidentiarum rerum cupidi. Manil. Verticibus medijs oculos emittet auaros.
 Stellates. M. Cap. Quos stellantib. oculis interstinctos crebri uibratus igniū lumina
 Nictantes Idem, Nictantes oculos reprimi stupefacta uapore. (bant.
 Decori Idem, Oculos delecta decoros Reconde mentis intimo.
 Purpurati Idem, Nec posse purpuratis nimium placere ocellis.
 Protuberantes. Sido. Etenim protinus argumento fuere liuida cutis, oculi protube-
 Rutilantes Pont. Quid dicam, cum plena oculis rutilantibus. (rantes.
 Radiantes Idem, Mille miscent oculis passim radiantibus ignes.
 Placidi Idem, Torpescunt, placidos flectis quum lenis ocellos.
 Madidi Idem, Ut madidis uultum demisit ocellis.
 Nitentes Idem, Ne lachrymis, ne fœda oculos formosa nitentes.
 Cupidi Archit. Cernendiq; fauum cupidis delibat ocellis.
 Splendiduli Pont. Et qua splendidulos moues ocellos.
 Petulci. Idem, Nigra & lumina, petulcos ocellos, Colla et candida, uesculas papillas. Petulci, id est
 Procaces. Lasciui Idem, Lasciuos cohibe focilla ocellos.
 Faciles Idem, Non sponde faciles benigna ocellos.
 Dulciculi Idem, In te dulciculis tuens ocellis.
 Procaces Idem, Exercete oculos simul procaces. (gereret.
 Flammei. Tho. Rhad. Quæ cū totius corporis ornatū flammeos oculos in occipitio
 Flammantes Mant. Torua tuens spiransq; oculis flammantibus iram.
 Crasculi Thom. Rad. Rugosus uultulus, crasculi & eminentes oculi.
 Rubelli Idem, Sursum uorsis rubellis oculis, ore amplo.
 Syderei Polit. in Epigr. Aspice sydereis ut blandum arridet ocellis.
 Acuti Idem, Acstuat, atq; aliena oculis bona limat acutis.
 Fulgidi Marull. Amorem ocellis insidentem fulgidis.
 Pulchri Codr. Vrcus, Pulchrisq; oculis afflauit amores Cypris.
 Curiosi. Lact. Quod in secreta illius cœlestis providentiæ curiosos oculos uoluerunt
 Auidi Stroz. fil. Hinc auidos explere oculos. (immittere.
 Impudici Boetius, Supercilio mutilato, oculo impudico, fastuososq; incessu, &c.
 Idalij Achill. Bochius, Illa illa Idalij potens ocellis. Idalij, id est
 Veneri.
 Lubrici Bapt. Pius, Nam modo me dominæ malè lubricus angit ocellus.
 Serenati Idem, Blanda serenatis incedit gratia ocellis.
 Amabiles Idem, Cuius amabilibus Phlegeton Cocytus ocellis Manat.
 Cupidinei, id est lasciu. Bapt. Pius, Illa cupidineis animum deduxit ocellis.
 Cœlestes Idem, Quam mihi cœlestes illi uideantur ocelli.
 Comes Idem, Comibu. heu fateor dominæ pellectus ocellis.

304 IOANNIS RAVISII TEXTORIS

Conniuentes	Architr. Progrediente notat, & conniuentis ocelli inuidia mordet.
Acidalij	Bapt. Pius, Lumina Acidalijs canimus contendere ocellis.
Igneci	Pamph. Plenis faucibus, igneis ocellis.
Lucentes	Conr. Fronte lucentes oculi coruscant.
Ridentes	Augurell. Quae mihi me nutu solo ridentis ocelli.
Lucidi	Idem, Humentemq; oculis desine turbidam Nubem tendere lucidis.
Promicantes	Crinit. de Max. Caf. Statura fuit ingenii, oculis promicantibus, &c.
Præfulgentes	Idem, Oculi præfulgentes clarissimum solis lumen.
Tremuli	Idem, Quum tremuli sese oculi exerunt.
Peti	Salm. Flauicomos crines, petum qui laudet ocellum.
Amœni	Mant. Amœnis subridens oculis, & mente arcana uolutans.
Herbei	Plaut. Cum collatimo uentre, atq; herbeis oculis.
Procliues	Arch. Procliues oculos leuat Architrenius, instar Syderis ardescens.
Emissitij	Plaut. in Aulul. Circumspectatrix cum oculis emissitij.
Flammifera	Mant. Flammiferis oculis sylvas & retia rumpens.
Flammeoli	Polit. Ocelli acres, flammeoli, mala mens, suauißima uerba.

Emissitij, id est, exiliates, ab emitido.

ODA.

Dulcis	Conr. Carminum dulces resonemus odas.
Lyrice	Idem, Hic lyrice modulatur odas.
Lepida	Quint. Cum caneret lepida Venusinus Horatius odas.
Pulchras	Ouid. de Phil. Et merulus modulans tam pulchris concinit odis.
Terfa	Pallad. Sor. Quinetiam terfas lyricis qui cantibus odas Edidit.

ODIVM.

Crudele	Verg. in Cyri. Apposuitq; odium crudele parentis.
Asperum	Idem lib. 2. Aen. Promissit ultorem, & uerbis odia aspera moui.
Nefandum	Crinit. Vides, nefandis ut trahuntur odijs.
Internecium	Apul. Quas tibi internecium odium sorores appellare non licet.
Pertinax	Plin. Pertinax inter se odium gerunt.
Profanum	Stat. lib. 1. Theb. Alternaq; regna profanis Decertata odijs.
Ignescens	Idem lib. 11. Atq; ignescencia cernunt per galeas odia.
Improbum	Idem lib. 12. Viuunt, odia improba, uiuunt.
Vatimianum	Catull. Odissim te odio Vatimiano.
Aegrum	Val. Flac. lib. 5. Ensesq; darent odia ægra sine armis.
Impacatum	Claud. Impacatisq; rebelles Vrgerent odijs.
Acerbum	Mant. Sacra uident odio nos insectantur acerbo.
Inimicum	Pont. Peruincitq; inimicum odium, ac male conterit hostem.
Amarum	Mant. Astyages autem regis germanus amaro Flammigerans odio.
Fuscum	Th. Rhad. Amore in amarum & fuscum odium commutato.
Inexpiabile	T. Liuius. In quos Aurunci magis iam inexpiabili odio.
Atrox	Marull. Exercemus atrox soli odium in genus.
Lugubre	Idem, Et lugubre odium sancte precor tuum.

- Pertinax** Lactantius, Huius tam **Pertinacis** odij quam potissimum causam esse dicamus.
- Intestinum** Mant. Declinans odia intestina suorum.
- Exacerbatum** Lilius, Consul Roman redijt, non tam belli gloria aucta, quam irrita to exacerbatoq; &c.
- Cruentum** Pamph. In seuas odij faces cruenti.
- Malum** Idem, Spargat atrox odij semina dira mali.
- Triste** Sabell. Non deniq; triste remittet Hoc odium.
- Pestiferum** Lud. Big. Pestiferum est odium, quod uenit ex meritis.
- Feruens** Iuuenius, Audeat atq; odio fratris feruente moueri.
- Cæcum** Idem, Aut cæcis odijs inimicos ducere dignos.
- Flagrans** Mant. Scuitiam & flagrans odium minuere parumper.
- Lethale** Idem, Concipiat lethale odium, iubeatq; necari.
- Recrudescens** Idem, Sæpe recrudescens odium facturum in arma.
- Malignum** Idem, Longinqua malignis Deprauata odijs.
- Capitale** Idem, Sed magis insectari odijs capitalibus omne.
- Exitiale** Val. Var. Anglorum exitiale odium,
- Crudum** Idem, Quæ crudis odijs mœnia proruit.
- Sæuum** Germ. Brix. Sanctam odium in sæuum pacem conuertit.
- Fatale** Cimbr. Seu fatale odium tantos mouere tumultus.
- Perniciosum** Faust. Hinc odia indignis perniciofa uiris.
- Occultum** Claud. Deiecerat amnes Occultis odijs terror.
- Funeustum** Mant. Fraternalq; pectora primum Funeustis accensa odijs.
- Agrese** Lucia. apud Eras. Laboras autē agresti, sicuti dicitur, omnium odio.
- Nouercale**, quoniã uouerca ferè omnes odio quodã fati prosequitur priuignos.

ODOR.

Arabia, Saba urbs Arabia, Persis, Assyria, Panchaia, India & Armenia, propter uarias herbas, aromaticosq; fructices, totz sunt odoriferæ. Hinc oria ratio multorū dictōis huius epithetorū.

- Sabeus** Colum. Cœlitibus templisq; Sabæum miscet odorem.
- Pulcher** Pallad. Rut. Et frondes pulchro ditat odore feras.
- Liquidus** Horat. lib. 1. Carm. Perfusus liquidis urget odoribus.
- Cynnameus** Bapt. Pius, Cynnameo licuit oris odore frui.
- Iucundus** Plin. lib. 19, Obrutis niue uasis odore iucundo.
- Achæmenius**, id est Persicus. Syll. lib. 15. Altera Achæmeniū spirabat uertice odorē.
- Bapt. Pius, Indus Achæmenio crines non comit odore.
- Assyrius** Tibull. lib. 1, Non soror Assyrios cineri quæ dedat odores.
- Syrius** Pont. Et rore Idalio, & Syrio ueneremur odore.
- Panchæus** Idem, Vos ego Panchæo supplex uenerabor odore.
- Mollis** Idem, Ambrosiæ spiret nec sine mollis odor.
- Arabus** Idem, Atq; Arabo noster spiret odore rogas.
- Pharitæus** Pont. Molle Pharitæo spirabit lectus odore.
- Arabs** Idem, Mansit Arabs odor in ligno. Mant. Fumat Arabs odor.

Tymbræus à
tymbra her-
ba bene olen-
te.

- Cyprius Pont. Promisit quoq; Cyprios odores.
 Corycius Idem, Vna Corycij, Syriq; odores.
 Myrrheus Polit. Quas ros, odorq; myrrheus Commendat.
 Vagus Conradus, Nec nares rapiunt uagos odores.
 Ambrosius Salm. Et locus ambrosio plenus odore fuit.
 Nectaræus Quint. Sapidissimus undiq; odorem Nectarum redolet.
 Amœnus Mant. Ipse domum rediens, ut amœno afflatus odore est.
 Fragrans Faust. Tam citò fragranti putris odore cares?
 Tymbræus Bapt. Pius, Hanc Tymbræus odor, casta iuuat halitus illam.
 Arabius Plaut. Arabius murrhinusq; omnis odor conolebat.
 Arabicus Idem, Etq; Arabico ut sumficem odore.
 Gratus Bapt. Pius, Gratus odorato cessite manat odor.
 Genialis Idem, Inuitat genialis odor de cessite molli.
 Indus Claud. Peruenit Indus odor, penetrat, completq;.
 Diuinus Mant. Motibus impellens diuinum spargit odorem.
 Orontæus, ab Orôte fluuio Syriæ. Stroz. fil. Pexaq; Orontæo fragret odore coma.
 Tenuis. Varius de morte apud Macr. Aethera per nitidū tenues sectatur odores.

ODOR MALVS.

- Iniucundus Mant. Aut iniucundum terrenæ fecis odorem.
 Funestus Idem, Et funestus odor, tetrumq; per aëra uirus.
 Teter Lucr. Quoniam tetro afflictantur odore.
 Latrinalis Mant. Latrinalis odor de luce carentibus antris.
 Dirus Idem, Et cœnosa palus diro contristat odore.

OEDIPVS.

Oedipus, filius fuit Lai regis Thebarum, & Iocastæ, qui patrem nescius interfecit, ac demum incognitam matrē duxit in uxore, ex eaq; suscepit Etheoclem & Polynicem, qui mortuo patre de regno disceptantes, mutuis uulneribus se interfecerunt. Oedipus tandem sui incestus ac parricidij certior factus, sceleris horrore oculos sibi eruit. Idem sic apud Senecam loquitur, Occidi patrem, sed matrem amauit, pro loqui Hymenæum pudet. Idem Seneca, Egit in ortus semet, & matri impios Fœtus regeffit, quiq; neq; mos est feris, Fratres sibi ipse genuit.

- Miser Stat. lib. 8. Miseriq; innoxia proles Oedipodæa.
 Impius Seneca, Et nuptiales impij Oedipodæ faces.
 Cæcus Idem, Cæci parentis regimen, ac festi unicum.
 Infaustus Idem, Vel sic desere infaustum patrem.
 Parricida Idem, Nil parricida dexteræ debes tuæ.
 Orbis luminis. Idem, Dulce non ullo molitur iter luminis orbis.

OENEVS.

- Parthaone natus. Ouid. lib. 9. Accipe me generum dixi, Parthaone nate.
 Calydonius Stat. lib. 1. Theb. Vos quæ progenies, quanquam Calydonius Oeneus.
 Superbus Stat. lib. 2. Theb. Sate gente superbi Oenos. Rex fuit Aetoliæ & pater Meleagri.

OENONE.

- Pegasis Ouid. in Epist. Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima Nymphis.

OENOMAVS.

Phrygius Calent. Nec talis Phrygij filia regis erat. De Hippodamia loquitur.

OESTRVM.

Horribile Verg. in Cyri. Fertur & horribili præceps impellitur æstro.
 Rapido Quint. Nonne uelut rapido mentem correptus ab æstro.
 Aestiuum Faust. Scilicet æstiuus quando stimulatus ab æstris.
 Volucere Bapt. Pius, Volucrisq; Cupidinis æstro Cedimus.
 Laurigerum Stat. Tempus erit cum laurigero tua fortior æstro Facta canam.
 Diuinum Marull. Entheca diuino præcordia concutis æstro.
 Pierium Barth. Pierio sed enim quum me calor excitat æstro.
 Aonium Barth. Loch. Pallas ubi Aonio certamina fortiter æstro.

OETHA.

Herculeæ Claud. Iuga deseris Oethes Herculeo damnata rogo.
 Nemorosa Ouid. lib. 9. Impleuitq; suis nemorosam uocibus Oetham.
 Alta Idem. Esse deos dixit, perq; altam saucius Oetham.
 Ardua Idem. Arboribus cæsis, quas ardua gesserat Oetha.
 Frondosa Stat. lib. 4. Theb. Omnia frondosa longum deus audit ab Oetha.
 Aemonia Claud. Hic rotat Aemoniam præduris uiribus Oetham.
 Gelida Verg. in Cyri. Et gelida ueniens manes quatit ab Oetha.

OETHVS.

Immanis Verg. in Cul. Nam uictus sedet immanis serpentibus Oethos. Fuit Gigas, Aloi filius, frater Ephialtis, qui conati sunt detrudere Iouem caelo.

OLEA, seu OLIVA.

Olea, seu oliuæ arbori folia non decidunt: nefas erat olim eam in prophanis usibus polluere, ut nec propitiandis quidè numinibus ex ea altaria accenderentur. Ea coronabantur equitum turmæ, Iulibus Iulij & minoribus triumphis ouantes. Fructus constat nucleo, oleo, carne, amurca. Tardè crescit, morfu capræ fertur sterilefcere. Immanis est à carie & uetustate. Durat annis ducetis. In micissima illi pluuia circa Vergilas. Gaudet cinere & calcarijs fornacibus. Vermiculati onè pati tur, & fungu. Portara, præstabat indicium pacis. Fuit olim arborum maximam Betica. Sacra est Minervæ. Venæfrum urbs Campaniæ, Picensis regio Italiæ, Sicyon urbs Achaïæ, Trebula Italiæ, Peparethos insula, ager Sabinoꝝ, Eurotas fluuius Laconicæ, Lycabefos mons Atticæ, Betis fluuius Hispaniæ, Pariopotamia proxima Tigri regio, Fortunata insula, Tapirnus mons Campaniæ, & Ancon ciuitas Picenorum, præcipuam oliuæ & oliuarum laudem meruerunt.

Pallens Verg. in Buc. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.
 Teres Idem in Buc. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
 Tardè crescens Idem lib. 2. Georg. Virgulta & prolem tardè crescentis oliuæ.
 Pinguis Idem, Nec pingues unam in faciem nascuntur oliuæ.
 Viuax Idem lib. 2. Georg. Palladia gaudent sylua uiuacis oliuæ.
 Viridis Idem lib. 5. Aen. Consequitur uiridè Mnestheus euinctus oliua.
 Pacifera Idem lib. 8. Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ.
 Caduca Cato, Oliuæ caducæ saliantur.
 Venæfrana Horat lib. 2. Serm. Pressa Venæfranæ quod bacca remisit oliuæ.
 Pacalis Ouid. lib. 6. Met. Circuit extremas oleis pacalibus oras.
 Palladis arbor. Ouid. lib. 6. Met. Illinc incumbens cum Palladis arbore palmæ.

Quoniã mōs est Thessaliq; in quo Herca les seipsum combulsit.

Mitis	Ouid. lib. 7, Arenti ramo iam pridem mitis oliuæ.
Nitida	Idem lib. 7, Nitidæq; ferax Peparthos oliuæ.
Popularis	Idem, Ingreditur, ramumq; tenens popularis oliuæ.
Frondens	Idem lib. 8, Baccaq; cum ramis semper frondentis oliuæ.
Pacata	Ouid. lib. 1. de Ponto, Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ.
Albens	Idem in Epist. Frondibus insartem ramisq; albensis oliuæ.
Licina	Plin. lib. 15, Vnde & Liciniæ gloria præcipua oliuæ.
Palladia	Syll. lib. 1, Nulla Palladia sese magis arbore tollit.
Canens	Idem lib. 13, Prædendens dextra ramum canentis oliuæ.
Glaucæ	Stat. lib. 2, Theb. Insula per crines, glaucæq; innexus oliuæ.
Supplex	Idem lib. 12, Vittata & laurus & supplicis arbor oliuæ.
Insors	Idem, Astitit ille quidem ramis insontis oliuæ.
Imbellis	Val. Flac. lib. 5, iam uittas frondemq; imbellis oliuæ.
Umbrosa	Claud. Protinus umbrosa uestit qua litus oliua.
Vernicoma	Mart. Cap. Hinc iam uernicomæ frondent tibi munera oliuæ.
Virens	Sidon. Aeternumq; uirens oliua signet.
Viridans	Idem, Amborum tum diua comas uiridantis oliuæ Pace ligat.
Attica, quoniam sacra Mineræ Atticæ.	Salm. Attica, cui clarum nomē oliua dedit.
Pacificæ	Mant. Vimina pacificæ per templa legantur oliuæ.
Pisææ	Iuuen. Sat. 13, Præstat & esuriens Pisææ ramus oliuæ.
Picena	Mart. Si mihi Picena turdus palleret oliua.

OLEVM.

Pingue	Verg. in Buc. Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui.
Liquidum	Idem lib. 2, Georg. Nec casta liquidi corrumpitur usus oliui.
Palladium	Verg. in Moreto, Ergo Palladij guttas insillet oliui.
Viride	Cato, Oleum uiride sic facito.
Tardum	Lucret. lib. 2, At contra tardum cunctatur oliuum.
Inolens	Idem, Quod licet, ac possis reperire inolentis oliui Naturam.
Leue	Idem lib. 6, Misceri quum pix nequeat grauis & leue oliuum.
Calorificum	Gell. lib. 17, Sed non secus oleum quoq; calorificum est.
Venafranum	Pamph. Bacca Venafranis nunquam sua cecidit oliuis.
Vinctum	Stroz. fil. Vnde hyemi sunt tigna, sit uncti copia oliui.
Ceruleum	Mant. Cerulei breue uas olei.
Affryrium	Catull. Sertisq; Affryrio fragrans oliuo Puluinus.

OLITOR.

Sedulus	Colum. Tum præbeant imbres Sedulus irrorans olitor.
----------------	---

OLLA.

Fictilis	Mirand. Stillatq; latex, quem fictilis olla suscipit.
Farrata, plena pulte facta ex farre.	Perf. Sat. 4, Farratâ pueris plaudentibus ollam.

OLOR.

Iupiter mutatus in cygnum, Lædam compressit, ut fabulantur Poetæ, ex eoq; concubitu suscepit Helenam. Proprietas odor seu cygnus ab ipsa Læda muliere Spartana, seu Lædonica uocatur Amy-

- Amyclæus & Therapnæus, ab Amyclis & Therapnis urbibus Laconia.
 Argutus Verg. in Buc. Sed argutos inter strepere anser olores.
 Albus Ouid. in Epist. Ad uada Maandri concinit albus olor.
 Innocuus Idem lib. 2. Eleg. illic innocui late pascuntur olores.
 Niueus Stat. lib. 3. Accurrit niueo quam flammiger ales olori.
 Amyclæus Stat. lib. 1. Syl. Amyclæos ad frenâ citauit olores.
 Plumæus Manil. Plumæus in cælum nitidis olor euolat alis.
 Ales Ruf. Fest. Cælum super aduolat ales, Ales olor.
 Candidus Mart. Cap. Nam candidus niuosis ales inuoluitur alis.
 Paphius Pont. Peruolitant circum, & Paphij uectantur olores.
 Therapnæus Polit. Tu iungis olores Phæbe Therapnæos.
 Phæbeus Idem, At nunc Phæbeos anser uelut inter olores.
 Apollineus Siroz. fil. Inter Apollineos recinam uelut anser olores.
 Candens Conr. Candens olor, & remotis ignibus argo.
 Resonus Lud. Big. Ut resonos uox anseris inter olores.
 Nitidus Augur. Iam candens ebur & nitidos superabat olores.
 Lædeus Faust. Ad sua Lædeus frenâ citetur olor.
 Argentæus Mant. Cui comes in lucem nitidis argenteus alis ibat olor.
 Imbellis Idem, Flebat ut inuadi cernês à uulture nidos Latentes imbellis olor.
 Lactæus Ammon. Lacteis & colludat oloribus.
 Vocalis Faust. Nescio quis cogit uocalens coruus olorem.
 Aonius Bapt. Fius, Dignus es, Aonij cui plaudant carmine olores.
 Caystrius Idem, Sythoniaeq; niues, chrystilla, Caystrius ales.
 Cantor Archit. Per uada cantor olor, citharceda per æquora Syren.
 Meandrius Bapt. Pius, Talia nec dulci geminat Meandrius ore, Vicinæ gaudens tempore mortis olor.
 Canorus Propert. lib. 2. Canorus Anseris indocto carmine cessit olor.
 Blandus Guido Posth. Quis super ossa cubat? Blandorum cætus olororum.
 Serenus Bapt. Plaut. Candidula ut coruum ueste serenus olor.
 Spartanus Mart. lib. 8. Spartanus tibi cedet olor, Paphiaeq; columbæ.

OLVS.

- Agreste Aristoph. apud. Gell. lib. 15. In agrestibus enutritus oleribus sit.
 Niliacum Mart. lib. 13. Niliacum ridebis olus, lanasq; sequaces.
 Rigidum Archit. Quo rigidum pallefcit olus, quo fercula festo. Oleribus abundat Syria in hortis operosissima.

OLYMPVS.

- Olympus, mons est Macedoniz altissimus, & qui propter sublimitatem uidetur contingere nubes. Hinc plerunq; accipitur pro cælo, ut in quibusdam sequentium epithetorum.
 Frondosus Vergilius libro 1. Georg. Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere Olympum.
 Celsus Vergil. in Cyri. Aemathio celsum duplicabat uertice Olympum.
 Clarus Idem lib. 4. Aen. Ipse deum tibi me claro demittit Olympo Regnator.

Ab epitheto
 Veneris Paphiæ,
 cuius
 currus trahitur
 curâ cygnis.

Deuexus	Idem lib. 8, Deuexo interea propior fit uester Olympo.
Aethereus	Idem, Primus ab aethereo uenit Saturnus Olympo.
Omnipatens	Idem lib. 12, Iunonem interea rex omnipotentis Olympi Alloquitur.
Opacus	Horat. lib. 3. Car. Fratresq; tendentes opaco Peliō imposuisse Olympo.
Vastus	Ouid. lib. 1. Met. Me ualeat excepto uasti quoq; rector Olympi.
Altus	Syll. lib. 4, Quas acies alto genitor dum spectat Olympo.
Volucer	Val. Flac. lib. 2, Iunonem uolucris primam suspendit Olympo.
Magnus	Idem lib. 5, Si dea, si magni decus huc ades inquit Olympi.
Curuus	Idem, Curuoq; diem subtextit Olympo.
Fuluus	Idem lib. 7, Tollitur, & fuluo Venere[m] uestigat Olympo.
Ceruleus	Idem, Illos cerulei primus ferit horror Olympi.
Gelidus	Claud. Disiluit gelido uertex offeus Olympo.
Pruinosus	Idem, Ossa pruinofum uexit glacialis Olympum.
Rapidus	Idem, At rapidi limen tendebat Olympi.
Stellans	Idem, Rex, o stellantis Olympi.
Conuexus	Man. Ipse aut quantū conuexo mūdus Olympo Obtineat spacium.
Flammiger	Ruff. Fest. Scandere flammigerum uictor permisit Olympum.
Splendens	Mart. Cap. Mundanusq; oculus, fulgor splendentis Olympi.
Atlantiacus	Calphur. Si quis Atlantiaci molitur pondus Olympi.
Ignifer	Seneca, Tuq; igniferi rector Olympi.
Stellifer	Idem, Quum stelliferi uictor Olympi.
Astriger	Pont. Quin astrigerum subnixus Olympum.
Obliquus	Idem, Vnde per obliquum solium declinat Olympum.
Nemorosus	Marull. Sortita frondosum cacumen Calliope nemorosi Olympi.
Aemathius, i.	Theffalus. Stroz. fil. Ossa & Aemathij mole[m] conuoluerit Olympi.
Profundus	Pamph. Sax. Quū querulis cies profundi Lamētis nitidos lares Olym
Sydereus	Idem, Et mox sydereum fieri spectabis Olympum. (pi.
Sublimis	Idem, Vertice nubifero sublinem pulsat Olympum.
Flammifer	Mirand. Donce flammifero princeps labaris Olympo.
Pulcher	Quint. Gaudium summum uelut aula pulchri Sentit Olympi.
Cœlestis	Mant. Nomina signandis opibus cœlestis Olympi.
Astrifer	Idem, Ad astriferi portum uenistis Olympi.
Fulgens	Idem, Quæ sceptira tenes fulgentis Olympi.
Aemonius, ab	Aemo Theffaliæ mōte. Idē, Altior Aemonio mōs est Argæus Olympo.
Vitalis	Idem, Sed uel luce sua facit hoc uitalis Olympus.
Glacialis	Idem, Et tenues miratur aquas glacialis Olympi.
Ardens	Idem, Ardentis Olympi Artificem fecere hominem.
Flammans	Idem, Namq; flammantis meditans Olympi Lumen.
Radians	Val. Var. Legibus exiricare queant radiantis Olympi.
Stelliger	Cimbr. Ac si stelligeri Martem regnator Olympi Captiuum uideat.
Lucens	Barth. Quod postquam fumo lucentem clausit Olympum.

Mollis Bapt. Pius, Tu mihi splendebas per sydera mollis Olympi.
 Rutilus Lud. Staccolus Vrbinas, Altitonās rutilo dignē me exceptit Olympo.

OMASVM.

Pingue Horat. lib. 2. Serm. Infāntes statuas seu pingui tentus omaso.
 Vile Idem lib. 1. Epist. Patinas cōnabat omasi Vilis & agnini.
 Centipelle Conr. Aequandus centipelli omaso.

OMEN.

Occultum Claud. Occulto fallitur ille Omine.

OMENTVM.

Album Iuuen. Sat. 13. Ponimus & sectum uituli iecur, albaq; porci Omenta.
 Pingue Catull. Omentum in flamma pingue liquefaciens.

OMPHALE.

Omphale, fuit regina Lydorum, cuius amore usq; adeo exarsit Hercules, ut ea iubente fusos & lanas radibus illis manibus, quibus portenta subegerat, attrectauerit. Quod ei dat magno probro Deaneira apud Ouidium. De hac Propert. lib. 3. Omphale in tantum formæ processit honorem Lydia Gygeō tinctā puella lacu: Ut qui pacato statuisset in orbe columnas, Tam dura traheret mollia pensa manu.

Mæonis Ouid. lib. 2. Fast. Ibat odoratis humeros persusa capillis Mæonis aurato conspicienda sinu.

Lyda Idem, Ridet amatorem Lyda puella suum.

Lydia. Stat. lib. 10. Sic Lydia coniunx Amphitryoniadem exutum horrentia terga.

Impudica Lactant. Nam illud quidem nemo negauit, Herculem non tantum Eurystheo seruisse regi, sed etiam impudicæ mulieri.

Formosa. Ouid. Crassaq; robusto deducis pollice fila, Aequaq; formosæ pensa repen

Adultera Idem in Epist. Vna recēs crimē referetur adultera nobis. (dis heræ.

ONAGER.

Astinus Reuchl. in Sergio, Tu asinini onagri pullus auritus.

Timidus Verg. lib. 3. Georg. Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros.

Segnis Stroz. pat. Errat in herbosa segnis onagrus humo.

ONVS.

Vastum Bapt. Pius, Quæ graue iam & uastum debilitauit onus.

Colosicū. Bud. in Pa. Colosica onera, sunt onera magnæ molis, quales sunt Colossi.

ONYX.

Onyx, gemma est, habens candorem unguis humani, aut uas unguentarium ampullæ marmoræ simile. Reperitur in fœminino genere. Mart. Vnguentum fuerat, quod onyx modo parua gerebat. Onyx gemma reperitur in Arabiæ montibus, nec usquam alibi.

Lubricus Stat. lib. 2. Syll. Gremio nec lubricus ossa. Quod uallauit onyx.

Crassus Sidon. Limina crassus onyx crustat.

Leuis Pont. Tu rosa, tu uiolæ, tu mihi leuis onyx.

Candidus Idem, Et in dextra candidus ardet onyx.

Candicans Th. Rad. Candicans onyx contraxit infernam caliginem.

Myrrheus Propert. lib. 3. Et crocino nares myrrheus ungit onyx

OPES.

Attalicæ Verg. in Cul. Attalicis opibus data uellera.

- Auidæ** Verg. in Cul. Non auidas agnouit opes, nec tristia bella.
Magnificæ Ouid. lib. 4. Fast. Duraq; magnificas quercus habebat opes.
Superbæ Syll. lib. 17. Opibusq; superbis Vis fracta.
Miseræ Mart. lib. 1. Qui semper miseris sollicitabat opes.
Regales Manil. Regales ut opes & sacra æraria seruent.
Croestæ Mart. Cap. Illa Croestus Dariasq; præ suis opes despiciat.
Fluxæ Seneca, Vanos honores sequitur, haud fluxas opes.
Aurata Pamph. Pauper & auratas diues habebat opes.
Dites Mich. Ang. Et terræ dites luxuriantis opes.
Viscosæ Guill. Cast. Viscosus animus temnere discat opes.
Iniquæ Mant. Non aliã ob causam mundi saluator iniquas Appellauit opesq;
Inopes uirtutis Archit. O' inopes uirtutis opes, ô gloria.
Excultæ Propert. lib. 4. Abstulit excultas pertica tristis opes.
Leues Boet. Defectumq; leues non comitantur opes.
Munificæ Ouid. lib. 4. de Pont. Nec mihi munificas arca negauit opes.
Sisyphiæ Medea apud Ouid. in Epist. I nunc, Sisyphas improbe confer opes.
- OPIVM.
- Soporiferum** Apul. lib. 8. de Afn. aur. Immixtũ uino soporiferũ gerebat uenenũ.
- OPOBALSAMVM.
- Candidum** Stat. lib. 3. Syl. Candida felices sudant opobalsama uirgæ.
Gratum Calent. Spirent & uiolas, & grata opobalsama lecti.
- OPPIDVM.
- Arduum** Mant. Oppida cepisti sublimibus ardua saxis.
- OPPROBRIVM.
- Amarum** Architr. Et amara opprobra uultu Mœsta uerecundo.
- OPS DEA.
- Turrigera** Ouid. lib. 2. Trist. Carmina turrigere dicere iussit Opi.
Idea Tibull. lib. 1. Idææ currus ille sequatur Opis.
- OPS AUXILIVM.
- Medica** Ouid. lib. 3. de Arte, Ad medicam dubius confugit æger opem.
Salutifera Idem in Epist. Daq; salutiferam iam mihi fratris opem.
Innocua Idem lib. 1. de Remed. Innocuam sacro carmine monstrat opem.
Machaonia Idem lib. 1. de Remed. Ille Machaonia uix ope sanus erit.
- OPVLENTIA.
- Locuples** Mant. Ut hæc formæ locuples opulentiã matrem Prodat.
